



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Conciliabvlvm Romanvm In Cavsa Formosi Papae Celebratvm anno Domini  
DCCCXCVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

tiam pronuntiarunt, quam homini furore percito gratam fore præsciebant. Vnde hac in re violentam quidem tyrannidem in facto agnoscimus, errorem autem in fide per Stephanum pontificiam auctoritatem legitime vsurpantem definitum vel approbatum fuisse constanter pernegamus; quamquam nihil sedi apostolicæ præiudicaretur, si daremus inuasorem non legitime electum, sed intrusum pseudopontificem in articulis fidei asserendis aberrasse. Huius temporibus, post Arnulphum regem Germaniæ pediculari morbo extinctum, Vvidonem imperatorem obiisse testatur Luitprandus lib. I. cap. 9. Stephanus sedis apostolicæ inuasor, ab optimatum factione aduersus Adelbertum Etruriæ principem prævalente detrusus est in carcerem anno Christi 900. & postquam sedem apostolicam sex annis tenuisset, in eodem carcere strangulatus Deo vindice exitu infami vitam clausit. *Hæc ex antiquis monumentis & diplomatibus de Stephano Baronius tom. 10. annalium.*

ANNO  
CHRISTI  
897.ANNO  
CHRISTI  
900.

• CONCILIA BV LV M ROMANVM  
IN CAUSA FORMOSI PAPÆ CELEBRATVM  
anno Domini DCCCXCVII.

NOTA.

Acta Con-  
ciliabuli.

\* *Conciliabulum.* ] In hac Pseudosynodo, cuius acta recitantur infra in Concilio Romano sub Ioanne IX. episcopi & cardinales presbyteri, qui summo odio Formosum prosequerantur, Sergius nimirum, Benedictus, atque Marinus, alique plures homines perditissimi & pontificiæ sepulturæ violatores in vnum congregati, ea quæ supra de Formoso enarrata sunt diiudicarunt. Baronius anno 897. numero 6.

VITA

ROMANI PAPÆ.

ANNO  
CHRISTI  
900.Romanus  
quando  
pontifex  
factus?

ROMANVS patria Galefianus, patre Constantino natus, factus est pontifex anno Domini 900. Sedit menses quatuor & dies viginti. Acta Stephani contra Formosum habita plane improbauit, & Ludouicum quartum